*De danſando tamen Provincia noſtra triumphat,*
*Palmam danſandi ſemper habere ſolet.*
*Sed nova nunc venit gentiſſima danſa gaillarda,*
*Corpora quæ valde noſtra ſuſare facit.*

*Affanare facit nimium nos illa ribalda,*
*Rumpere me gambas nam facit ipſa meas.*
*Rideo ſed tantum quod neſcio dicere quantum,*
*Cum video gentes ſic remenare pedes.*
*Nam ſembant gallos qui ſe barendo pelicant,*
*Cattos & moninas cum graſinare volunt.*
*Tombare in terram ſæpe danſando videntur,*
*Cum faciunt corpus ſic violare ſuum.*
*Quando voles ergo danſam balare gaillardam,*
*Non te merfundas gente falote precor.*
*Non facit infantes tua plus gentiſſima mater,*
*Ergo tuum corpus intretenere velis.*
*Nunc arribavit quædam gorreria danſa.*
*Quam tu laudabis quando videbis eam,*
*Lantigailla gaya gens ſagia nominat illam,*
*Petoto petototom farlata lariteno.*
*Solus homo danſat de una tantummodo parte,*
*De l'autra choreat fœmina ſola quoque.*
*Tercentum faciunt inter ſe ſigna frianda,*
*Secundum gratant, lo focus ardet eum.*
*Quæ vir ſigna facit, tunc eadem fœmina fringat,*
*Ternecueillabis reſpiciendo modum.*
*Vna mihi ſemblat quot ſit groſſiſſima forſa,*
*Cum video garſas tam bona ſigna dare.*
*Inter bragantes tunc ſemper gorgia ridet,*
*Et cacat in brayis ſæpe friandus homo.*
*Fortaſe deſtaulat populus de corpore gayo,*
*Eſcalfatus homo ſe retinere nequit.*
*Centum foliſias allegras ipſe videbis,*
*Te eſcompiſſabis dum tricotabis eas.*
*In danſis etiam non te incagnaberis unquam,*
*Si te corroſſes deſtramabis eas.*
*Chriſtus amat pacem: dæmones murmura querunt*
*Vllos debatos non amat ipſe Deus.*
*Cauſas ramaticas in danſis tu neque conta,*
*De cauſis allegris diviſare velis.*

*Deni-*

*Denique nunc mane quod dum danſabis amator,*
*Danſes cum bellis veſtibus uſque tuis.*
*Nam bellas veſtes ſemper danſare requirit,*
*Vir male abillatus ſæpe trufatus erit.*
*Fac vadas ſemper multum mignoniter oro,*
*Penchinata precor ſit bene teſta tua.*
*Te teſtonando nunc ut maneria currit,*
*Bragando recte ſemper amatus eris.*
*Cum ferro chaudo fac replegare capillos,*
*Ne cremet auriculas attamen ipſe cave.*
*Mille vices lo jour penchinare capillos,*
*Genti gorrerius ſic choreator eris.*
*Sed tibi defaciet teſtonum ventus amice,*
*Dum ſufflat ventus ſi petis ipſe foras,*
*Ergo domi ſemper reclauſſus tunc eris ipſe,*
*Vel teſtam gerdet genta coiffa tuam:*
*Aut manibus teneas perrucam rite reclauſam,*
*Ambas ad teſtam pone friande manus.*
*Non tundas teſtam ſi vis belliſſimus eſſe,*
*Nam vir tundutus laidus eſſe ſolet.*
*Bragardum ſupra la teſtam pone bonetum,*
*Ad la rgam gorram poſt gicotabis eum.*
*Bellus byrretus homines hondrantque ſabatæ,*
*Deſondrant multum cum modicumque valent.*
*Vir bene abillatus ſemblat belliſſimus eſſe,*
*Quamvis ſit multum laidus atque brutus.*
*Quando vident juvenes bragardos namque puellæ,*
*Tales confeſtim calliniare volunt.*
*Sed bene continua quamvis perceperis artem,*
*Artifices uſus reddit in arte bonos.*
*Plus valet hic praxis quam tota ſcientia crede,*
*Ergo tibi danſæ practica dulcis erit*
*Danſando ferias de non ſervare memento,*
*Quas plaidoyondo curia noſtra tenet.*
*Et ſi meſpriſes mea nunc tu juſſa falotus,*
*In danſis valde crede truffanus eris.*

Non

*Non me ſcriptorem, ſed te ne glexeris ipſe,*
*Bram, bram, cantabo, ſtercus in ore tuo.*
*Primo reſpicias tu negligis omnes,*
*Imbriagatus homo beſtia groſſa manet.*
*O galauarde meas ſi penſas carpere danſas,*
*De longo & largo pergicotatus eris,*
*Iam mihi per teſtam grandis fumeia montat,*
*De modico teſtam muſca levare facit.*
*Si male toſtenſum vis eſquivare ribalde,*
*Ipſe pace facies ſic bene treſque bene.*
*Sancta Euangelia cantat ut rite lo verum,*
*Et bene de Chriſto Biblia noſtra fidem.*
*Veram danſandi ſic artem carmine dixi,*
*Fac ſerves igitur tu mea juſſa bene.*
*Rara avis in terris nigroque ſimillima Cygno:*
*Sic pauci choreas rite docere ſciunt.*
*Apparent rari nantes in gurgite vaſto,*
*Nullus perfectus eſt niſi rite Deus.*
*Ergo communes qui danſas ſcire laboras,*
*Diſce meos verſus, ſic bene doctus eris.*

Sequitur danſa communis verſibus compoſita.

*AVſſando byretum ſit reverentia primo,*
*Rurſus congedium non removendo pedes:*
*Simpla duo marcha poſt hoc cum duplice ſolo,*
*Et poſt repriſam confice rite tuam.*
*Et ſequitur duplum poſt & repriſa frianda,*
*Branlando corpus congediumque dabis.*
*Inde duos ſimplos marchabis, tres quoque duplos,*
*Boſtigando pedes inde repriſa datur.*
*Vlterius duplum canca mignogniter unum,*
*Et poſt repriſam congediumque ſimul.*
*Poſt binos ; ſimplos fringa, cum duplice ſolo,*
*Indeque repriſam gamba menare ſciat.*

*Fac poſt congedium de teſta auſſando bonetum,*
*Perſonam & gambam rite plegando tuam.*
*Dulciter in facie dominam, ſed reſpice ſemper,*
*Ad finem danſæ cum reverenda datur.*
*Sic habet hic finem communis danſa faloti,*
*Viginti numeros ſemper habere ſolent.*
*Facta communi pauſa paulisper amator,*
*Inſequitur poſt hoc moytia namque brevis.*
*Principium danſæ balatæ nanque reſiblat,*
*Tamborinatius, meſtrus in arte bonus.*
*Mittia confeſtim poſt carramuatur ab illo,*
*Quam bene nunc bales ut calumela docet.*

*Congedium primo faucha cum duplice tantum,*
*Et poſt repriſam congediumque ſimul.*
*Simpla duo rurſus ſed cum tribus effice duplis.*
*Repriſam caſca poſtque movendo pedes.*
*Inſuper & duplum polſa bragarditer unum,*
*Gringotando pedes, inde repriſa venit.*
*Congedium rurſus bales auſſando bonetum,*
*Atque ſimul gambam rite plegando tuam.*
*Reſpice ſed garſam cum ſit reverentia genta,*
*Atque oculi monſtrent dulcia ſigna ſibi.*
*Pluribus ipſa modis aliis danſuntur in orbe,*
*Sed tibi ſufficiat hæc choreando modo.*
*Bartolus & Baldus, Paulus, Felinus, Iaſon.*
*Panormitanus, Decius atque Cynus,*
*Et dominus Petrus Alberti granque Rolandus,*
*Teulerius, Merulus, Riſſius atque bonus.*
*De Ripa, Alciatus, legum magnique magiſtri,*
*Quos de danſando vincere nemo poteſt.*
*Bragardus dominus doctor Montagna Valentus,*
*Mingronus ſocius Iapmetus atque meus.*
*Et mon coſignus Chriſtophorus quoque Porcus,*
*Qui bene gormandat cum vitualla venit.*

*De Aligno dominus ſapiens & doctus ad unguem.*
*Frater devotus atque ſacriſta ſuus.*
*Atque Tholoſani doctores undique miſti,*
*Merveillas faciunt plura legendo bene.*
*Pellatus facilis, Dacis, Fracina pleſentus,*
*Guipo, Soleris, Ayma valentus homo.*
*Bragardus doctor Boyſſonus noſter amicus,*
*Quem parlamentum jam retitare poteſt.*
*Quando legunt danſas & monſtrant omnia nobis,*
*Iſtam continue tripudiare ſolent.*
*Danſando communis opinio ſit tibi ſemper,*
*Si danſes aliter tu reprobatus eris.*
*Iudicium populi nunquam contempſeris unus:*
*Contra communem conſiliare cave,*
*Omnes bragardi diſant communiter iſtam,*
*Hoc tamen ad placitum nunc tibi trado tuum,*
*Hic tibi pavanas nolo deſcribere danſas,*
*Rarenter danſat iſte payſus eas.*
*Dum fueris Romæ Romano vivito more.*
*Cum fueris alibi, vivito, fac ut ibi.*
*Danſa finita, ſed cum pauſabis amicam,*
*Semper agas grates dulcia verba loquens.*
*Illam poſt pauſa per ſedem ſive repone,*
*In qua ſedebat quando ragaſti eam,*

## Gaya epiſtola ad ſalotiſſimam garſam I. Roſeam.

*O Mea pleſanſa, ô mea mignoniſſima dama,*
*Dilige perſonam granditer oro meam,*
*Ipſe amo te tantum quod neſcio dicere quantum,*
*Nullos de mundo te plus amare poteſt.*
*Vt cremat ille focus terribilis omnia greſcus,*
*Groſſus amor corpus ſic brulat omne meum,*
*Vror ut indomitus ignem exercentibus curis*
*Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.*

*Tu es mihi tam bella & bona bragardiſſima garſa*
*Quod vellem in camera te rigolare mea.*
*De te duntaxat penſa mea teſta repenſat,*
*In te continue mens mea tota manet.*
*Continuo falſo mecum te ſomnia jungunt,*
*Omnibus & mecum noctibus eſſe ſoles.*
*Tu damayſeleta facis me perdere vitam,*
*Et ſenſum totum corpus amando tuum.*
*Ergo tunc ſupereſt ut me miſeratus amantem,*
*Abraſſare velis corpus amica meum.*
*Enrabiare facis tu me languere furentem,*
*Cauſa mea vita cauſaque mortis eris.*
*Solamen noſtrum tu gloria noſtra perennis,*
*Omnia nunc noſtra jura ſalutis habes.*
*Tu facis in cauſa me deſperare profecto,*
*Si me refuſes heu cito mortus ero.*
*Si tibi vis modicum pro me donare fatïgam,*
*Decidit in caſſes præda petita meos.*
*Non patire facit damnatos tam lo diablus,*
*Nec purgatorium dat mala tanta malis,*
*Quod facit ad noſtrum corpus nunc ignis amoris,*
*Heu morior, morior la mea belle modo,*
*De me multeriam populus poſt te reputabit*
*Si pro te moriar, triſtia ſemper eris.*
*Quare te precor ô mea falotiſſima garſa,*
*De tanta pœna me relevare velis.*
*Ipſa tuas aures tunc arrigo quæſo libenter,*
*Exaudi vocem dulcis amica meam.*
*Non facias tantum me playdegiare la peſſam,*
*Sæpe domos tombat plaidegiare nimis.*
*Semper ero felix, joyoſus, friſcus, alegrus,*
*Si poſſim gambas gratigolare tuas.*
*Si bona ventura vel me fortuna juvaret,*
*Per murrum & gautas oſcula mille darem.*
*Impegolata meo cordi tu es chara gogeta,*
*Spes mea blanditiæ delitiæque meæ.*

*Ipſe licet videam bragardas mille puellas,*
*Per Chriſtum dominum tu mihi ſola places.*
*Tu mihi de mundo nunc plus formoſa videris,*
*A la regard de te nulla puella valet.*
*Inter amoroſos ſunt belli ſemper amores,*
*Eſt nunquam layda fœmina quando placet.*
*Non alias curo barutelare puellas,*
*Tantum perſonam curo tenere tuam.*
*Tu jolieta manes multum mea joyhia tota,*
*Spes tua me tantum vivere crede facit.*
*Si te garſa Paris nudam vidiſſet in Ida,*
*Cedite dixiſſet. Iuno, Minerva, Venus.*
*Bella tibi facies, gracilis tibi naſus & oſque,*
*Blancas tetinas tu quoque garſa tenes.*
*Sunt oculi clari, ſunt & perdulcia labra,*
*Baſia dulcera tu quoque ſemper habes.*
*Et nitidi pendent clara cervice capilli,*
*Ac ſunt membra tibi candidiora nive.*
*Rusticitate cares, ſunt & ſine crimine mores,*
*Et ſemper cunctis la tua facta placent.*
*Omnes nunc homines tua gratia bleſſat amore,*
*Agradere ſoles omnibus ipſa viris.*
*Tu bene caquetas, diviſas, ſeu bene parlas,*
*Vellem in compagna ſemper adeſſe tua.*
*Quando ego te video corpus ſe forte reueillar,*
*Inartilare tu mea membra facis.*
*O mea perla bona, mea dulcis amaſia bella,*
*Affer opem miſero tu mihi ſola potes.*
*O virgo miſerere mei, miſereris amantem,*
*Effice me meritis tempus in omne tuum.*
*Vivere cum poterit ſine te mordutus Arena,*
*Ad fontem Xanti verſa recurret aqua.*
*Illa dies qua te video ſum totus allegrus,*
*Triſtitias omnes tu refugare facis,*
*Le jour que ne te vois je ſuis mal à mon aiſe,*
*Et mihi tunc anno longior illa dies.*

Tem-

*Tẽpora ſi numeres bene quæ numeramus amãtes,*
*Non venit ante ſuam noſtra querela diem.*
*Follus ego maneo de te gentiſſima garſa,*
*Si non me abraſſes cogar amore mori.*
*Tu me inviſcaſti nimium nimium per amorem,*
*Tropius eſt noſter impegolatus amor.*
*Me debauchat amor & ſenſum perdere cogit,*
*Vnquam quid deceat non videt ullus amans.*
*Per las carrerias vado perdendo lo tempus,*
*Nunc huc, nunc illuc, trotillat omnis amans:*
*Et niſi ſim tecum non vult pauſare la gamba,*
*Tu labor es totus, tu requieſque mea.*
*Vllus amoroſus nunquam bene celat amorem,*
*Eminet indicio prodita flamma ſuo.*
*Propter amoretas de te ſum forte maladus,*
*Et niſi ſpem dederis, ſum moriturus ego.*
*Ergo mihi dona de facto dulce ſecorſum,*
*La charitate tua me relevare poteſt.*
*Inter amoroſos garſa eſt medecina doloris,*
*Sic ſine te numquam rite garitus ero.*
*Vllus amor Veneris non eſt medicabilis herbis,*
*Illum ſanare fœmina ſola poteſt.*
*Dulcis amica precor te quantum dicere poſſum,*
*Fac ſit amoroſus ſemper Arena tuus.*
*Non facias illud quod vulgus ſæpe recontat,*
*Succeſſore novo tollitur omnis amans.*
*Et quamvis placeant alii, tamen eſto fidelis,*
*Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*
*Fœmineum genus certe variabile multum,*
*Et levior foliis fœmina ſæpe manet.*
*Rara fides hodie tantum trumparia regnat,*
*Parva ſolet magnis rebus ineſſe fides.*
*Fictus amor plures garſarum trumpat amantes,*
*Eſt mundus plenus fraudibus atque malis,*
*Ore ſonant aliud, aliud ſed mente repenſant,*
*Eſt rarus noſtro tempore verus amor.*

*Fœmi-*

*Fœmina permultos nunc accarparrat amantes,*
*Trento calegnayres une puella tenet*
*Deficit ambobus qui vult ſervire duobus,*
*Ergo me tantum ſemper amare velis.*
*Inter amoroſos omnes eſt regula certa,*
*Non bene cum ſociis Regna, Venuſque manent.*
*Contra me unquam nec ſis corroſſata ſalota,*
*Quamvis per populum publica fama volet,*
*Quando inimicitiæ ſunt grandes inter amantes,*
*Poſt groſſas fognas grandior extat amor.*
*Tempore paſſato quando fognavimus ambo,*
*Tout deſperatus atque maladus eram.*
*Verus amor garſæ non eſt unquam ſine crenta,*
*Ne tibi diſpliceam formido ſemper ego.*
*O Deus in quantis animus vexatur amantis.*
*Gayas garſetas ſemper habere cupit.*
*Sana precor ſemper mea ſis garreria garſa,*
*Nos ſimul & jungat præſtiter ipſe Deus.*
*Mathuſalem nobis & rurſus deprecor annos,*
*Afferat omnipotens omnia vota quoque.*
*Tanquam fata ſinent me deſportare per orbem.*
*Vivet credo meo nomen in ore tuum.*
*Sum tibi ſemper ero, ſemper ſervire paratus.*
*Omnia ſunt juſſis ſubdita noſtra tuis.*
*Grandem perdonem gagnabis de Paradiſo,*
*Si tu me facias corpus habere tuum.*
*Hoc tibi ſecretum tantum pro fine revelo.*
*Attis barratis omnia vincit amor.*
*Si de ſecreto vis plus parlemus amica,*
*Nil mihi reſcribas, attamen ipſa veni,*
*Si memor oro mei, mea gentiliſſima baga,*
*Perpetuo vivas ô mea parla vale.*

FINIS.

*Sequuntur in Practica danſæ communes, quæ ſecundum Muſicam danſantur, ad viginti longas, & quælibet longa de illis ſit ex quatuor ſemibrevibus.*

Les communes à xx.

R c ſſ d r d r c ſſ ddd r d r c ſſ d r c

La moitié à xii.

c d r c ſſ ddd r d r c

Notez, que ainſi comme toutes les dances communes ſont à xx. ſemblablement toutes les danſes communes & non communes ont vne moitié à xx.

Item, notez que la premerie R ſignifie reuerence, quand elle eſt au commencement de la danſe, & quand elle eſt en autre lieu ſignifie reprinſe. Le c ſignifie congé: Les deux ſignifient deux ſimples. Le d ſeul ſignifie vn doubles. Les trois ddd ſignificent trois doubles: & ſi tu veux ſçauoir comment tu dois faire les pas, regarde cy deſſus au chapitre qui commence Paſſibus ergo duplum, &c.

*S'enſuyuent autres baſſes danſes qui ne ſont pas communes, leſquelles ne ſe danſent gueres ſouuent aux banquets.*

La grand helas. Elle me tient.
Tant d'ennuy. Verdemont. à xix.
R c ſſ d ſſ r c ſſ ddd r c ſſ d ſſ r c.
La gran douleur. La bort de la vigno.
Dulcis amica. La gaya.

Par faux ſemblant. L'Eſperuier.
Confortez moy à xxiiii.
R c ſſd ſſr c ſſd ſſr c ſſd d d ſſr d ſſr c
Tout noble cœur. Mamie.
Fleur de beautez, Va t'en regret.
L'amour de moy. Ioye ſans fin.
Le vieil Teſtament. Si i'ay perdu m'amie.
Je tiens m'amie. à x x.
R c ſſd ſſr c ſſr c ſſd d d ſſr d ſſr c
Si je me plains. M'amour vous ay donee.
M'amour La fricaſſee. à x x i i i i.
R c ſſd ſſr d ſſr c ſſd d d r c ſſd ſſr d ſſr c
Pampatone. Helas madame.
Amours m'ont. Helas ſi i'ay mon ioly temps perdu. à x x i i.
R c ſſd r c ſſd ſſr c ſſd d d r c ſſd ſſr c
Ma plaiſance. La penſee de madame à xxii.
R c ſſd ſſr d ſſr c ſſd d d ſſr c ſſd ſſr c
La penſeio. So faſſo.
La deſpourueuë. à x x i i.
R c ſſd ſſr c ſſd d d ſſr c ſſd ſſr d ſſr c
La fanfarre. La douleur des dens. à x x i.
R c ſſd ſſr d ſſr c ſſd d d r c ſſd ſſr c
Fortuno fort Teſtimonium. à x x i i i.
R c ſſd ſſr c ſſd ſſd d d r c ſſd ſſr c
Mes amourettes. à x x i.
R c ſſd r c ſſr d r c ſſd d d ſſr d ſſr c
Conſummo la vita mia. à x v i.
R c ſſd r c ſſd d d ſſr d ſſr c
Tout ferlorum. à x i i i i.
R c ſſd ſſr c ſſd d d ſſr c
Helas que vos à fait mon cœur
L'eſcarpe dole. à x i x.
R c ſſd r c ſſd d d ſſr c ſſd r c
Tout s'adobera. à x x i i i i.
R c ſſd ſſr c ſſd ſſr c ſſd r d r d r c ſſd r c

Patience.

Patience. à x x.
R c ſſ d r d r ſſ r c ſſ d d d r c ſſ d ſſ r c
Monſieur vaut bien madame. à x i x.
R c ſſ d ſſ r d ſſ r c ſſ d d d r d ſſ r c
Bon temps. à x x.
R c ſſ d r c ſſ r c ſſ d r c ſſ d d d r c ſſ d r c
A Dieu ſoulas & ioye. à x x i i.
R c ſſ d ſſ r c ſſ d r c ſſ d d d ſſ r c ſſ d r c
Pour auoir fait augré de mon amy à xxiiii.
R c ſſ d ſſ r c ſſ d r c ſſ d d d ſſ r c ſſ d r d r c
Ils ont menty. à x x v i i i.
R c ſſ d ſſ r c ſſ d r d ſſ r c ſſ d d d ſſ r c ſſ d r d ſſ r c
Ma douce dame.
La douleur du moro. x x i.
R c ſſ d r d ſſ r c ſſ d d d ſſ r c ſſ d ſſ r c
Ce que mon cœur penſe. à x v i i.
R c ſs d r d r c ſs d d d r d ſſ r c
La florie. à x x i i i i.
R c ſſ d ſſ r d ſſ r c ſſ d d d ſſ r c ſs d r d ſs r c
Le monteau iaune. à x x i.
R c ſſ d r c ſſ d r c ſs d d d r c ſs d ſs r d ſs r c
Lo bas deſpagno. à x x i i i.
R c ſſ d r ſſ r c ſſ d d d r c ſſ d ſſ r d ſſ r c
La grolo. à x x i i i i.
R c ſs d ſs r d ſs r ſs d r c ſs d d d r ſs d r c
Le quatre baſſes danſes. à x x i i i i.
R ſſ d r d r c ſſ d d d ſſ r c ſſ d ſſ r c ſſ d r c
Adieu mamour iolie. à x v i i i.
R c ſſ d r d ſſ r c ſſ d d d r d ſſ r c

De reliquis dancis eadem finitio ſi ſit
Quæ fuit in Græcis dum choreare voles.
Sufficit ac baſtar aſinos portare banaſtas:
Finem danſarum noſtra flouta facit.
Nulla quidem vita eſt homini nec gloria major

Auxi

Auxilio multos quam relevaſſe ſuo.
Spes mea eſt unica Deus.

## RONDEAV.
*L'Amant.*

Adjuva me & me fais ceſte grace
Que ie te puiſſe en ſecret face à face
Dire & conter l'amour & grand ardeur
Que i'ay en toy pour le bien & honneur
Que y ay veu & cogneu ſans fallace.
Ie ne te voy ne en lieu ne en place,
Et deuant toy ie ne paſſe ou repaſſe
Que ie ne die & profere en mon cœur
Adjuva me.

Cent fois le iour voire en peu d'eſpace
Ie te regrette & ne ſçay que ie face,
Tant ſuis eſprins de ta grande rigueur:
Dont ie crains bien de tomber en langueur:
Et pourtant donc auant que ie treſpaſſe
Adjuva me.

## RONDEAV.
*L'Amie.*

Si vous voulez, ie vous fais aſſavoir,
Que ie ſuis preſte à vous faire plaſir,
Et pour complaire à voſtre bon deſir
Ie mettray peine à faire mon devoir.
Penſez y doncques & ne faites que voir
Quand vous voudrez, car ie ſuis de loiſir:
Si vous voulez.

De deux partis l'vn vous faut recevoir,
Prendre ou laiſſer, c'eſt à vous à choiſir,
Voſtre refus me ſeroit deſplaſir:
Car à toute heure vous me porrez a ioir
Si vous voulez.

FIN.

# DE
# FIDE MERETRICVM,
## IN
## SVOS AMATORES.

### APPENDIX EX ORATIONIBVS IOANNIS CHARISTAEI.

*Meretrix eſt ut mare, quodcunque das devorat, & tamen nunquam abundat.*

FAmiliares fœminarum artes, nimirum veneficia, mala medicamenta, magicæ vanitates; doli, fraudes, decipula, nomine artium mulierum continentur. Alia quoque, quæ plurima menti fœminæ natura dedit. Verſus ſunt Græcis Proverbiales: Theſaurus eſt malorum mala fœmina. Item: Improba mulier truculentior eſt feris omnibus. Item: *Mare, ignis, & fœmina, ſunt mala tria, quæ totum perturbant mundum.*

# DISPUTATIO

*Sub præſtanti Magiſtro* Ioanne Hilt *Rotweilenſi diſputaturo de Quolibet acutiſſimo.*

FRetus veſtra humanitate vigilantiſſime Domine diſputator, fretuſque benigna ſupportatione omnium præſentium, qualicunque ſtatu aut honore præfulgeant, decrevi aſſeſſoriam quandam quæſtiunculam, nudiuſterius mihi à quodam Baccalaureo oblatam, evolvere. Primum autem rogo, ut deponant matutina ſupercilia rigidi Catones, adſint, ut audiant benigne, blando vultu, modeſtis auribus, memores virtutis moralis, quam Græci Eutrapeliam, Latini vero tum urbanitatem, tum feſtivitatem, tum comitatem, tum jucunditatem dixere: memores annuæ hujus actus conſuetudinis. Hæc enim hora, hic locus, hic philoſophici belli fines, ludos, fabulas, moderatos riſus, ænigmata, ſales, jucunda dicteria, facetias, & ſcommata flagitat, à quibus neque divus Auguſtin. abhorruit, neque ſuus peculiaris imitator Franciſcus Petrarcha. Sed jam ad rem ipſam deſcendamus.

*DElirant in amore ſenes: hinc jure Cupido,*
*Vt puer eſt pictus: repueraſcit amans.*

M V-

## MULIERUM AMATORES mente cæcos eſſe, Vergilio teſtante de Didone.

*At regina gravi jamdudum ſaucia cura*
*Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.*

## DE VENERE & Baccho.

*Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,*
*Arcana & demens detegit ebrietas.*

QVæſtio minus principalis mihi propoſita fuit hæc: Cur cæci amatores mulierum eaſdem plus colunt, venerantur & amant, quam Deum Optimum Maximumque.

Patres & Domini præſtantiſſimi, proteſtor inprimis me non de his verbis aut dictionibus, Deus, Amor, Mulier, loquuturum, licet his verbis uſurus ſim, ſed de rebus per ea ſignificatis. Quis enim tam hebes & inſanus, cum loquatur de Deo, de ejus amore, ſolum in animo ſuo cogitet, & omnia referat ad nudas literas, ad nomen maſculini generis, quale eſt Deus, quale eſt Amor, ad ſecundam & tertiam declinationem? Sed loquor de Ente primo & ſummo, quo melius excogitari non poteſt: de Paſ-

ſione animi, quæ eſt amor: de qua ſanctus Thomas in 1.2. q.23. per totum: & de Muliere mala, de qua Proverb.7. dicitur, Conſidero vecordem juvenem, qui tranſit per plateas juxta angulum, & prope viam domus mulieris graditur in obſcuro, adveſperaſcente die in noctis tenebris & caligine. Et ecce, occurrit illi mulier in ornatu meretriceo, præparata ad decipiendas animas, garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians, &c. De rebus, inquam, loquor per terminos ſignificatis, non de nudis vocibus, ſicut & divus Marſilius fecit, fons origo, & autor noſtri gymnaſii, qui laboravit, & nos in labores ejus introivimus. Qualis hic fuerit, cujus vitæ, cujus doctrinæ, liquido conſtare poterit ex oratione funebri, in exequiis ejus palam habita ab optimo & præſtanti ſacræ paginæ profeſſore, indubie non more Italico, ſed ſervata Germanica & Theologica veritate ac integritate.

AMOREM DEI QVIETVM, & mulierum irrequietum, longe inter ſe differre, in id Vergilii.

*Sævus amor magno & curarum fluctuat æſtu.*

PHI-

# PHILIPPI BEROALDI Cupido.

*VT ſine febre dolet, ſine morbo languet amator,*
*Vt ſomni vigiles, irrequieta quies:*
*Vt rubet, ut pallet ſubito, mutatque colores,*
*Sive pudor vexet pectora, ſive timor.*
*Nunc ſcio ut infracta voces, mutilataque verba:*
*Vt coram domina cor ſalit atque tremit.*
*Vt quam longa gravi ſuſpiria corde trahuntur,*
*Vt modicus riſus, multus amaror ineſt.*
*Vt gaudet læta, plorat plorante puella,*
*Induit & vultus vultibus alterius.*
*Nunc ſcio ut infœlix dominæ veſtigia quærit,*
*Et reperiſſe timet, mobilitate levis.*
*Genua labant, quotiens faſtoſæ limen amicæ*
*Tranſit, & in toto corpore membra tremunt.*
*Nunc ſcio quãtus amor ſupra caput inſtet amantũ:*
*Atque omnem ſophiam conſiliumque fuget.*
*Condita quam parvo ſint larga abſynthia melle,*
*Lurida vel quantum pocula fellis habent.*

PRo quæſtionis deciſione notatu dignum exiſtimavi, quod longe differunt amor Dei & mulierum. Nam amor Dei quietus, amor vero mulierum eſt inquietus: amor Dei mundus, amor mulierum eſt immundus: amor Dei facit filios Dei, amor mulierum facit filios diaboli: Amor Dei facit prudentes, amor mulierum facit fatuos: amor Dei facit homines Angelis ſimiles, amor vero mulierum beſtiis irrationabili-

bus pares, imo vero & aſinos & porcos amor Dei compatitur, & congaudet de reliquorum amore ſimiliter Deum diligentium. Quiſquis enim Deum amat, gaudet & lætatur de hoc, quod à cæteris quoque Deus diligatur, & quanto plures, tanto vehementior eſt amor. Per contrarium amans mulierculam, moleſte fert & contriſtatur, ſi alii amare eam tentent, juxta illud Poëtæ: *Dum canis os rodit, ſocium quem diligit odit.* Ratio autem iſtius eſſe poteſt, quia Deus eſt verum lumen, & verus fons vitæ, qui autem habet copiam luminis, eam aſſidentibus ſimiliter ſavet, & unum lumen, multis apud ipſum videntibus ſufficere poteſt: pariformiter idem fons, multorum ſitim extinguere poteſt. Sed amans mulierem, non amat fontem, ſed paludem, non amat lucem, ſed tenebras, & revera tenebroſum locum. Facit l. foramen. & l. caminum rubiginoſum. §. longum, latum, profundum. C. de ſtipulatione inutili. l. ſi quis. §. nonnunquam. ff. de ventre inſpiciendo. l. unica. C. de cloac. facit etiam l. interdum. §. reperiuntur. ff. de locis & itineribus publicis. Per hoc volo quæſtioni ſatisfactum eſſe, hoc adjecto, quod Cyrus apud Xenophontem oſtendit: Amorem igne eſſe longe potentiorem, quod ignis urit homines tangentes, at amor formæ eos etiam

accen-

accendit, qui procul ſpectant, in tantum, ut ardenter æſtuent.

*AMATOREM INQVIETVM, INſtabilem, & ad omnia paſſionatum, nunc muſicis, nunc choreis, quo amicæ placeat, in hora mille mutabilitatibus deditum. De quo ſub nomine Galli in hæc Vergilius.*

*IAm mihi per rupes videor lucoſque ſonanteis*
*Ire, libet, Partho torquere Cydonia cornu*
*Spicula: tanquam hæc ſit noſtri medicina furoris:*
*Aut Deus ille malis hominum miteſcere diſcat.*

Quod amor mulierum faciat hominem inquietum & paſſionibus plenum, perpulchre oſtendit Plautus in Mercatore, dicens: In amore hæc inſunt: Cura, ægritudo, inſomnium, ærumna, error, terror, fuga, inepta læticia, temeritas, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas malevolentia, deſidia, injuria, inopia, contumelia, diſpendium, multiloquinm, pauciloquium. Et alludit Herman. Buſchius dicens:

*Neſcio quid ſit amor, quã vos male perdit amãtes:*
*Flamma furens venus, morbus & error hebes,*
*Eſt levitas, vulnus, dementia, cura, venenum.*
*Acre malum, languor, ſervitiumque nocens,*
*Fel, labor, anxietas, infamia, pœna, tyrannus,*
*Arcus & eſt telum, perpetuumque jugum.*

Qui amat, miſere perdite, afflictimque formam fulgentem, mores & animum mutat, ut tandem carnis ardorem expleat. Cum id aliter non poteſt, ſuam mulieri fidem ſe-

ſeque conjugem dedit: hæc caro heus nimium care emitur, parvi momentuli voluptatem eandem jam multis doloribus reprehenſam: cui jam omnis vita ſupplicium eſt. Tanto enim jam miſerabilius ſimul vivere incipiunt, quanto ab invicem minus liceat ſeparari. Quid enim triſtius eſt quam hos ſemper jungi debere, qui animo convenire non poſſunt. Quid quod durius, quam nunquam diſcordem ſocium, vel rectius hoſtem dixero, habere ſeparatum? His uxor, ut claro quaſi in ſpeculo videtur, nihil boni nilque placiti factura eſt, niſi cum ipſa morietur, unde ejus rei dolor exuendus, qui jam emendari nequit. Nam ſuperi omnes, & ſi omnia conſilia ſua in unum congeſſerint, non efficient, quod factum ſit infectum. Nihil in juventutem cadit ipſo amore delirius, nihil cæcius, nihil periculo plenius. Errat omnis amans atque nil recte operatur, & ſe & omnia neſcit. Multos perdidit amor variiſque languoribus afflixit.

## DE MODO EPISTOLANDI CANcellariæ *Aſineitatis congruo.*

TRadidit quoque eis modum epiſtolandi, & propoſuit eis ſæpe exemplar à ſe compoſitum, quod imitarentur. Inter cæteras autem ſuas epiſtolas, ſic unam eis ad pa-

patriam recitavit, quam ipſe per ſe cuidam adoleſcenti miſiſſe gloriabatur. *Magiſter Petrus Zepffel, alias* Hiltbrand *pro nunc didaſcalon in Eccleſiæ collegiato ſancti Syſridi Metenſi, diſcreti nec non ſcientifico juventute Alexius de Mentz, amico maximiſſime adamato.* Salutem meam apertam. Dilecte ſocie chariſſime, ego mitto te ſcire, quod ego nuper inſteti pro uno gubernamine, & ex Dei gratia factus ſum ſcholirega Eccleſiæ collegiatæ ſancti Syſridi Metenſi, & bene ſto, quia habeo multum ſcholares, & parvus & magnus, pauperes cum divitis, ego vellem quod tu veneris apud nos, quia poſſes mecum multum prodeſſe, ego vellem ſingulariter reſpectum apud te habere, & vellem te diſcere caſualia & temporalia, & tu poſſes etiam à me docere facere verſos, quia incepſi nuperrime tertiam pars Alexandri, & ſum à primum ibi diſtinxere pedes. Diſcipuli mei jam ſciunt fabricare verſos: Vnus heri apportat mihi unum bonum ſcilicet: O intemerata mons ſuper ſydera fervet. Item alter: Iorius ſtiſſus eſt presbyteri clepores. Item tertius unum pulchrum epitaphium ad ſepulchrum lapidem: Ioannes eſt mors, quod fecit mihi væ, orate pro ſibi, Deus habet ſuum anima. Sin autem non eſt luxurioſus, id eſt, nittig adverſos, ſed etiam ad porſos dictaminas, ego propoſui eis mo-

dum dictandi, ex quo ſtatim erunt facere epiſtolas. Cum hoc occupo me cum eis apud Oratoribus & Poëtis. Lexi enim hucuſque Vergilium ſuper Lucam, Ciceronem ſuper Marcum, Quintilianum ſuper Ioannem, Plautum de beata Virgine, & Horatium de S. Catharina. Et lego eis multum bona circa impedimentas Alexandri, ſemper ſuper duos verſos viginti quatuor arguitur. Et modos ſignificandi Ioannis de Garlandria, in quibus mei diſcipuli multum creſcaverunt, ſic & tu poſſes in brevi creſcare ſuper omnes ſocios tuos, etiamſi ſolveret eis collum eorum. Et eris ſcribere unam pulchram literam ad avunculum tuum Dominum Ioannes Lappenhäuſer/ plebanus in Wettloch. Et eris ei perſuadere, quod te mittat ſemel trahere ad unam altam ſcholam, ſicut & ego ſteti in Vniverſitate Getſchwellenſi. Valete fœlicis. Datum raptum Baſileæ, ſecundo Kal. Martialis. Anno Chriſto mille quadringento nongenteſimo nono.

Item legit eis parva naturalia, & inter cætera pronunciavit eis ad pœnam: Sic advertate, quod vinum eſt triplicis natura. Prima facit bonum ſanguis. Secundo facit corda lætia. Tertio projicit ruſticus ad merdum.

CON-

## CONFVTATIO IN LVDIMAGIſtros literarum ignaros.

SEd diceres, quare tam indoctum præceptorem puerorum Canonici in ſuis ſcholis ſuſtinuerunt? Reſponſio: quia bonam habuit vocem, & pulchros flavoſque capillos, & ſciebat optime ludere in lutinis, potuitque canonicis & ſuis concubinis facere ſolatia, in domo, in menſa, in camera, ante domum, ſcilicet hoſieren / & præcipue in carniſprivio in hoſpitum præſentia. Cæterum gratus etiam fuit, & dilectus famulabus & concubinis canonicorum: quæ quidem concubinæ magnam habebant poteſtatem apud dominos ſuos, & poterant efficaciter intercedere pro aliquo ludimagiſtro, qui eis placuiſſet. De tali tantaque concubinarum autoritate audietis ex collaterali meo. Ille, inquam, rector ſcholarum, ut habent annales Baſilienſium, deditus fuit amori mulierum, ideo etiam indoctus, ut auditum eſt. Cæpit amare puellam famulam piſtoris, in S. Ioannis Gaſſen/ quæ fuit virgo poſt quartum, frequenter nocte ad eam aſcendit, per acervos lignorum, quæ ante ejus cubiculum copioſe fuerant collocata. Piſtor qui & ipſe oculos in famulam conjecerat, habuit enim uxorem vetulam & rugoſam, conſiderabat ne-

neſcio quos ſtrepitus in domo fieri nocturnos, arripuit gladium, ad cameram famulæ properat: Rector ſcholarum vigilans, & metu plenus, non parvi pendebat inſultus piſtoris, per valvam deſcendit, ſequitur piſtor, fugit ille, nec prorſus evadere ſe poſſe timens, in ángulo & in acie domus ad haram, id eſt, ad ſtabulum porcorum introivit, inter porcos ſe collocans: cum piſtor anhelans ſequeretur,& in diverticulo neminem videret, & ipſe quoque ad ſtabulum acceſſit indignabundus: quæritans, quinam in ſtabulo latitaret? Reſpondit fatuus amator: Es iſt niemand hie/ dann wir armen Säw. Piſtor arbitratus legionem dæmonum (de qua in Euangelio Lucæ 1.) porcos ſuos intraſſe, mox anxius domum revertitur. Sic autem rector puerorum ex amatore porcus factus, cum porcis in ſtabulo porcorum porcinam vitam finivit.

## AMOREM TVRPEM, ODII,
*Iræ, belli, poſtremo vero, quod omnium graviſſimum, homicidii ſæpius miniſtrare fomitem, de quo in hæc Vergilius.*

*Perdidit horrendo Trojam Venus improba bello,*
*Et Lapithas bello perdis Iacche gravi.*

## *BAPTISTA QVOQVE MANTVAnus ita cecinit Ecloga prima.*

*Ludit amor ſenſus, oculos præſtringit, & aufert*
*Libertatem animi, & mira nos faſcinat arte:*
*Credo aliquis dæmon ſubiens præcordia flammam*
*Continet, & raptam tollit de cardine menti.*
*Nec Deus, ut perhibēt, amor eſt, ſed amator & error.*

Et ut multa paucis comprehendam: Amor mulierum Deum offendit, Angelos contriſtat, dæmones lætificat, hominem excæcat, rationem enervat, viſum obnubilat, memoriam debilitat, fantaſiam lacerat, marſupium evacuat, infamat, vilem, abjectum, & inconſtantem facit, anxium & ſollicitum omni tempore reddit, podagram, chiragram, erraticam & vertiginem generat. Amator mulierum nihil honeſtum, nihil divinum, nihil ſpirituale, ſapidum aut dulce putat: & etiam ſola caro, ſola libido, ſola præſentia ſcorti ei jucunda eſt. Amator indevotus eſt, gelidus eſt, aridus eſt, frigidus eſt, orare non poteſt, ſtudere non poteſt, ſacris intendere negligit, eccleſiam propter Deum non intrat, ut rem ſcilicet divinam videat aut verbum Dei audiat, imo ingreſſus templum ſermonis tempore, omnem populum bis, ter, quater circuit, ſi ſuam videre poſſit: ſed eſt idololatra, idololatriam enim commit, titquoniam idolū colit,

lit, propter idolum ad templa feſtinat, ingreſſus oculos circumgirat, ſi forte idolum ſuum videat, ingrediens, manens, & exiens, ſignum ei aliquod præſtat: non bene dormit, non bene comedit, comedens non nutritur ſed corpus extenuat, iraſcitur, litigat, frequens bellum crebra pace concludit & vix uno momento in eodem propoſito manet, inconſtans, fluctuans, raro lætus, ſæpe mœſtus, ſemper varius; Vniformis, nunquam meretricum nefarias artes, & inenodabiles laqueos videt, Sirenum blanditias, & viſcum malæ voluntatis non ſentit, naufragium ſuum non percipit. Si quando atrociter minatur iratus ſecum cogitat: Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non, ſine modo, mori me malim, ſentiet quam vir ſim. Hæc verba, una mehercle falſa lachrymula (quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit) reſtinguet, & ſe ultro accuſabit, & dedit ei ultro ſupplicium. Hoc ſciebat Plautina anus in Aſinaria, quæ tumidum & minacem adoleſcentem ſic alloquitur: Fixus eſt hic apud nos animus tuus clavo Cupidinis, remigio veloque quantum poteris feſtina & fuge, quam magis te in altum capeſcis, tam æſtus te in portum referet. Amor anxia res eſt, credula, timida, ſollicita, omnia circumſpiciens, vana & ſecura formidans. Amor eſt fœda ſervitus, &

in-

injuſta, moræ impatiens. Amans eſt ſuſpicioſus, eſt contentioſus, eſt fantaſticus: cum alii inter prandendum lætantur, nova referunt, ſcommata tractant, gaudent, delectantur; ipſe ſolus animum habet apud meretriculam, in convivio ſe eſſe neſcit, cogitat, meditatur, animo revolvit ſuam amaſiam, & arbitratur eam quoque jam ſui eſſe memorem, quia gaudet gaudio imaginario, cum jam forſitan ipſa ſit in curia plebani, in ſtabulo equorum, in cella monachi, ubi alium habet cibum manducare. Amator cæcum habet judicium, quoniam infidelem judicat fidelem, deformem judicat pulchram, fallacem judicat veracem, fœtidam judicat bene redolentem, ſtercoribus plenam judicat reliquiis refertam, ſtercus & lutum judicat eſſe margaritam vel balſamum. Iudicat eſſe ſibi proprium, quod vult eſſe appellativæ qualitatis, id eſt, commune multorum. Amator meretricis hic in terris quodammodo in inferno conſtitutus eſt, quoniam eſt in igne, quia amor ignis eſt, eſt in æſtu, eſt in fletu, eſt in ſtridore, eſt in ſudore, eſt in timore, eſt in anguſtiis, eſt in tenebris, eſt in ſuſpiriis, eſt in miſeriis, eſt in dolore ſine remedio, eſt in vinculis ſine ſolutione, eſt in mala & perverſa voluntate, eſt in averſione Dei, eſt in Lethæo fluvio infernali, quoniam majeſtatis divinæ, & omnium bene-

neficiorum Ieſu Chriſti oblitus eſt, eſt in Phlegethonte, quia in ardore irarum & cupiditatum, eſt in Acheronte, quoniam in triſtitia, eſt in Cocyto, quoniam in luctu & lacrymis, eſt in Styge, quoniam in gurgite odiorum, ita ut cum Pſalmiſta vere dicere poſſit: Circundederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt. Tribulationem & dolorem inveni,& nomen Domini invocavi, in quarta quinquagena Pſalm. 119. Hujuſmodi etiam miſeria amatorum & conditiones, quas etiam amaſiæ ſuæ eis ex cognominibus adſcribunt, currendo per Alphabetum, ut, Aff / Breymaul / Clotz / Dillapp / &c.

Cognoſcant igitur amatores quales diligant, in quas ſuum amorem, corpus & ſubſtantiam, cum animarum periculo expendant. Hæc optimi & præſtantiſſimi patres, propter noſtros adoleſcentulos, & optimos ephebos adduxi, ne innocentem ſuam adoleſcentiam,ingenium,memoriam,vires animæ, vires corporis, pulchritudinem,ne dona Dei, patrimonium, ſudores parentum, nobile tempus, omnem laborem, omnem conatum ſuum tradant, ſubjiciant, offerant, dedant meretrici:,quæ qualis ſit alphabeticæ literæ indicant ſecundum ordinem.

FINIS.